



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.17. Retro. Stat à tergo cognoscens eum vt Pastorem, quem oues sequuntur & ducem quem Milites sequuntur cœlum inuasuri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

faria est resolutio, & hæc requiritur fortitudo ut de pecca resurgas animosus: Spiritus vobis, quasi turbo impellens parietem.

Pf. 126. 4. X.

Quinam sunt filij excusso.

ROM.

Dimino sunt ore prolata hæc verba Malteri: sicut sagitta in manu potentis, ita filij excussorum. In phrasi Hebraica idem est, Filij excussorum, quod Filij excussi ut notat D. August. sicut sagitta in manu potentis ita filij excussi. Mirandum est quam studiosè SS. PP. inquirant quinam sint illi filij excussi: in Hebræo legitur: Filij inuentuti, sunt enim filij robustiores, quales sunt quos vir in inuentute sua generat & per ipsos intelligo proposita in Dei famulatu, & opera quæ fiunt quando suscipitur agenda poenitentia. Opera illa excussa esse debent ab omni pulvere & palca, opera fortia, opera robusta: q. d. nullo respectu, nullo timore, & nulla suspitione infirmata restitio male acquisiti expulsa formidine paupertatis, leuium & corporis castigatio, excusso perdenz salutis timore: vindictæ remissio seculo mundani honoris intincta. O quales illi filij ab omni tereno excussi respectu: sunt illi fortes, sunt efficaces, ut sagittæ in manu potentis arma fuerunt hæc in diebus David potentissima. q. d. sunt illa quæ victoriam de Sarana reportant, sunt illæ sagittæ quæ Dei cor penetrant, sunt illa arma quibus amara reddere tutissima; quocirca: Beatus vir qui implet desiderium suum ex ipso non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Hebræus textus legit: Qui implet pharetram suam. Beatus ille qui talibus implet pharetram suam sagittis: non est erentim quod suos veretur inimicos, hora iudicij sui iam imminente: hoc est in porta, eo quod, ut notarunt D. Hieronym. & D. Gregor. olim erigebantur in portis urbium iudicij tribunalia. Peccator an scire desideras tua securum te esse poenitentia? Num demones in hora mortis tuæ te confundent tua tibi crimina obijciantes? Istam voluntatis tuæ perpende pharetram, si tales tibi sint sagittæ, si illa opera poenitentia aggressus es eum proposito, cum constantia, seculo omni timore, mentisque fortitudinè! O Magdalena sanctissima veri speculum poenitentis, perpende quanta fuerit eius animi resolutio, quam robusta eius opera sic ab omni excussa respectu? non eam timor retrahit, non detinet respectus, non pudor remoratur: non illis inhaeret quæ possent eam repellere sed nec cohibere teste D. Greg. Consideravit enim quod fecit, & voluit moderari quod faceret: Super conuincit ingressa est. &c.

Pf. 126. 5.

In c. 5. Amo. Lib. 19. mot. c. 11.

D. GREG. Ho. 33. in Evan. cit.

§. 17. Retro. Stat à tergo cognoscens teum ut Pastorem, quem oves sequuntur & ducem quem Milites sequuntur cælum inuasuri.

Ad id quod dicit Euang. lista de hac peccatrice quod à tergo steterit Saluatoris, addit & illud Retro quo nobis hac ostendat poenitentia magistra, secundum à nobis requisitum, ut vera sit nostra poenitentia. Plurimas addiderunt sancti Patres sicut rationes. Prima sit, quæ paulo ante ex mente Dni. Augustin. & D. Petri Dux sunt Chrysologi indicauimus: nam ostendens se oves & uem Christi illud agit, quod ipse propitium omnibus suis esse testatur, nimirum, quod illum à tergo sequatur. Duabus vijs omnes comprehenduntur, quas homines inambulanti: una est, quæ ducit ad vitam æternam & cælum: alia est, quæ ducit ad mortem æternam & infernum. Illa laboriosa est & angusta, ut de illa Dominus loquatur admirabilis: Quia arcta est via, qua ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam: hæc verò spatiosa est, & ampla quam multi ingrediuntur: Lata est via que ducit ad perditionem, & multi ambulanti per eam. Vnaquæque harum viarum suos habet duces, & ductores: via mortis ducem agnoscit satanam, illum sequitur qui viam hanc ingreditur: quandoquidem illud exequatur, ad quod ab eo mouetur & iustigatur, via vite Christum extollit ducem præcedentem & hortatur: Si quis vult venire post me. Viam qua ille præcellit, inlequi debes, cuiusque inhaerere vestigijs: 24. & Præiit ille via crucis, mortis, & aduentum. Luc. 6. 23. Hac tibi est incodendum. Sic nos hortatur Apostolus, ut habemus ex D. Gregor. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut si quisquis mori vult, sequatur eum. Eo animo dux præcessit, ut nos duceret, viam monstraret, & aspera quæque de-
 Expedit D. Thomas quæ iam vatis Michæ 3. p. 4. 57. verba, huius ore vatis, querelas Deus exponit grauioribus contra grauiora populi peccata, quibus eum irritabat, & prenas pariter intentat illi ab eo infligendas: porro more suo consilium miseræ cordis meminit illi, totique mundo præstandæ, omnes in vnam vniendo Ecclesiam, vnumque ouile quos pascuis reficeret fertilibus & exercitum consecraret innumerabilem, qui cœli tentaret occupare possessionem: Congregationem cœli gregem Iacob totum te, in vnum conuocam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili & cœli multitudine hominum.
 Hac

Hac forma loquendi multitudinem indicat populi, quem in viam congregaret Ecclesiam, sic notat D. Hieronymus: *Tumultus enim vox plurimorum est, & nimia multitudinis clamor pariter amissus.* Domine nec oves sine Pastore via car-punt, nec milites sine duce progrediuntur. Igitur, inquit Deus, filium meum illis mittam in duce qui in mundo visibilis appareat, & viam praeuius ingrediat, ut eum ceteri subsequantur: *Ascendet pandens iter ante eos, & transibit Rex eorum coram eis.* Et Dominus in capite eorum. Notandum verbum illud: *Transibit Rex eorum eis*: quod tangit illud, quod Dominus olim Moyse promisit, rogabat instanter Moyse: quandoquidem tot illi Deus signis confirmaret amicitiam, ut faciem suam illi monstrare dignaretur: *Ostende mihi faciem tuam.* Hoc nequaquam, inquit Deus sed ponam te in spelunca, quam in Petra conficiam, quando vero coram te transibo, indicabo tibi, ut oculos tuos in humeros meos conicias meque à tergo videas: *Posteriora mea videbis.*

In cap. 2. Miche.

Supra No. 15. 8. 8.

Exo. 33. 23

51

III.

Vaticiniū

Aug. satis ingeniosè Iudæos hic & Gentiles interpretatur.

Lib. 18. de

Cant. c. 28

Et l. 12.

cont. 8. Ausp.

c. 89.

Ose. 1. 11.

Isa. 61. 9.

1. Pet. 12.

nu. 138.

Quid indicas: in visione diuinae faciei aeternae stat summa beatitudo. Qui illam consecutus est, necesse est, ut primo speluncam intrat Ecclesie Catholicae, fundatam in illa Petra fundamentali, quam manu sua collocauit, (Petrum interpretor) & oculos suos coniciat in Christum Pastorem in supremam, ducemque diuinum praecedentem, eiusque posteriora conspiciat, nempe humanitatem: ritè perpendat quomodo ille progrediatur, quae vestigia ponat, quas semitas ingrediat, eumque subsequatur. Ipse praecedit pandens iter, totque figens passus, quot opera sunt ab eo perfecta, atque ab eo penam tolerata, in eum finem venit & mundo Dux apparuit, hoc ipso Propheta cō. Iudis: *Dominus in capite eorum.* Quod opinor conuenire cum illo Vatis Osee: *Et congregabuntur filij Iudæ & filij Israel pariter.* (D. Osee ex Aug. satis ingeniosè Iudæos hic & Gentiles interpretatur.) *Et ponent sibi met caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrael.* Verba haec mysticis magis quam litteris abundant. Iezrael significat: *Semen Dei.* Populus hic est Christianus ex Iudæis collectus & Gentilibus, de quibus vaticinus Iazas hec proludit: *Omnes qui viderint eos agnoscant illos & dicent: quia isti sunt Iezrael.* *semen, cui benedixit Dominus.* Filij Dei nati, teste 1. Pet. 12. Apostolo Petro: *Non ex sermone corruptibiles, sed incorruptibiles per verbum Dei.* Prope est, ait Propheta, ut veniat dies magnus Iezrael. Romani diem illum magnum appellabant in quo se gaudebant à periculo ereptos grauiori, vel successus memoria dignus & felicissimus illis obuenisset, Hieron. Bapt. de Lanza Tom. 111.

sic legitur apud Tacitum, a. & probat Alciatus, b. illum Virgilij, c. versum explicans.

Et incipient magni procedere menses.

Ecce diem magnum populi Dei, in quo pariter conuenerunt in vna Ecclesia Iudæi & gentiles, velut oves in vnum ouile, & milites in vno exercitu, omnes ad eum felices ut Dei filius factus homo coram eis se statuat in caput eorum, ducem & pastorem: *Ponent sibi met caput vnum:* quod fiet ut finem tandem accipiant eorum infortunia, & florere incipiat eorum fors optima, ut de terra studeant sursum ascendere: *Ascendent de terra.*

Beneficium hic commemorat populo suo praestitum: cum enim barbara nimis in Aegypto seruitute pressus dolores, penas, scuticas & flagra pateretur, ipsis ad trimeres damnatis insauitior, Tyrannidi subiectus Pharaonis: misit illi Deus decem animosum Moysem: quatenus omnes vni constantes ex exercitu, de regione illa humili & profunda ascenderent, & ad terram promissionis tenderent altiore; erat autem haec terra Chanaan respectu Aegypti altior; vnde qui de illa ad hanc proficisceretur, descendere dicebatur. Ita Iacob filijs suis: *Audistis quod tricenis vendidit in Aegypto ascendite & emite nobis necessaria, quando relecta Aegypto filij Israel profecti sunt in terram promissionis, dictum est quod ascenderent.* Sic audio loquentem Ioseph moribundum: *Post mortem meam visitabit vos Deus, & ascendet vos facies de terra ista.* Similiter Spiritus S. hanc ascensionem enarrans sic ait: *Armati ascenderunt filij Israel in terra Aegypti.* De seruitute illa egrediebantur armati, ut milites: ut terram promissionem sibi iure belli conquirerent: vnde dux erat eis omnino necessarius: hunc illis Deus Moysem designauit.

Magnum indubie fuit hoc beneficium: porro supremum omnium erit, quod Deus populum afficiet Christianum: *Magnus dies Iezrael:* quando illum ex omnibus mundi nationibus populum congregabit in vnam fidem, in viam legem eademque Sacramenta: *Congregabuntur filij Iudæ, & filij Israel pariter,* illam de terra educens Aegypti humiliori, id est de vitijs & peccatis, quibus eos diabolus oppræsserat atque ad terram promissionis celeriter viam capient animosi: ut autem à recto tramite non aberrent caput habebunt oculis suis visibile pastorem vnum, ducemque Christum ipsos antecedentem: *Ascendet pandens iter ante eos.* Quia enim ipse est caput nostrum (ita Doctor Angelicus) oportet illud sequi membra quo caput praecessit. Vnde dicitur: *Et ubi ego sum, & vos sitis.* En tibi caput: *Ipse est caput* Ezech. 1. 22 serpo.

2 In vita Agricola b. l. 8. p. 4 v. 8. c. 8. c. Eccl. 4.

IV. Verbum ascendere explicatur.

Gen. 42. 20.

Gen. 50.

Exo. 13. 18.

V. Christus caput fuit visibile, quod sequamur.



corporis eius, ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam. Audis hic ducem ad cœlum delucentem. Si illò sibi sit accedendum, necesse est vt retro res à tergo sequens eum precedentem. Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: sic decernit amoris discipulus: cui subleuisti D. Gregorius: Ad hoc Dominus apparuit in carne, vt humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Hoc ipsa Magdalena intendit stans retro secus pedes eius, nimirum declarare, quod de sub alis egredietur Satanæ & de sub umbra vexilli illius, atque de itinere, quo secuta illum tendebat in ruinam: iam verò sub alas vmbraque refugiat Saluatoris, ostendens hunc se velle ducem sequi: cœlestem. Quocirca illo actu, cunctis renuntiat præteritis gressibus quibus sequi potuit & est secuta diabolus, carnis suæ seruauit delicijs, impulsibus obediuit mundi: modò verò non aliam ingredi proponit viam nisi iuxta directionem Christi, & per quacumque eam duxerit, voluptatum scilicet abnegationis, carnis suæ mortificationis, operù virtutis & sanctitatis. Sicut retro, & que dum malè ambulauerat quarebat vestigia reuera & vbi Christi vestigijs innixa percurreret viam vitamque per viam cucurrerat mortis. Ita sibi correspondet D. Aug. & D. Petrus Chrysol. quos ante retulimus.

1. Ioa. 1. 6.
D. Greg.
Lib. 21.
Mor. c. 6.

VI.
Quamam sit vera poenitentia.
L. de Lap. sit.

Jacob P. milius.

Hic adlice quid agendum tibi sit, vt veram amplectaris poenitentiam: ab itinere nimirum despectere debes quod insecutus es socius olim diaboli: viam autem ingredi mortificationis & tuarum abnegationis voluptatum Christi factus assecla. An tibi persuades Domine mi: (te D. Cypr. alloquitur:) securam tutamque esse poenitentiam, quam amplexus es, eodem gradieus in itinere quò prius, tuis in omnibus indulgens appetitibus, ipsè inhaerens conuersationibus & colloquijs, quæ tibi quondam fuerunt incommodo, cuiculis carnis tuæ per omnia complacens desiderijs, eandem sectando delicias mundi, lenocinia? Lamentari eum putemus ex toto corde, seipsum & stertibus, & plangentibus Dominum deprecari qui lauacra quotidie celebrat? (balnea namque peccatoribus erant interdita, poenitentiam agere volentibus sicut ex doctrina Tertul. probat scholiastes D. Cypr. Qui epulis affluentijs passus, & sagina largiore discentus, crudelitatis suæ postritæ ruit, nec cibos & potus suos cum pauperum necessitate comunicat? An credis illum lamenta stertumque suscipere, qui cum stomachu semper habeat oppletum ructu laborat assiduo, & ignorans ieiunium? illum qui soluto dormit summo, nec vi-

gilijs carnem affligit? Quid arbitraris, o Domina, istam te sequi per mentiam dum eandem mente uoluis cogitationes, nihil aliud curans præter manes tuas leuitates tuarum homilia? An illa ingemisit & plangit, cui vacat cultum pretiose vestis induere, nec indumentum Christi, quod periduli cogitare: accipere pretiosa ornamenta & monita elaborata, nec diuini & cœlestis ornatus damna distaret? Mutanda est vita, sollicitudines, exercitia & actiones. Alia oportet sicut & à præteritis diuersa, sicut differunt gressus quibus Christus sequaris oportet, ab illis quibus comes Satanæ gressus eius viamque, sequebaris? Anima qua tristis est super magnitudinem mali, incedit curua & infirma, & oculi desidentes. (Sic consulit Baruch Propheta,) ex vbertate lacrymarum, de quibus alijs egimus, dum exponemus mutationem, quæ requiritur etiam in hoc ornatu exteriori, vt habemus ex D. Ambrosio verba vatis Ieremiae expendente de Ierusalem: dum enim stertum plantatum, assumit peccatorum, omnia in illa conuertuntur: Subuersum est cor meum in membris: quoniam auaritudine plena sum. Sederunt in terra conuerserunt senes filia Sion, conuerserunt cinere capiti suo. Vera poenitentia quæ cordis intima lancinat, & replet amaritudine, se prodit exterius in gestu, in motu in conuersatione in colloquijs: si namque in his nulla sit mutatio, signum est nullam esse in corde mutationem. Hoc igitur est stare retro secus pedes Domini, re ipsa ostendere quod sequendo ducem priorem adeo contrarium, contrarij debeant esse gressus ipsi, quibus ante incedebat; opera, curæ exercitia quibus se impendit prioribus opposita.

Dan. c. 2.
18.
Tract. 1. p.
2. §. 2. n.
112. & seq.
L. 1. de pan. c. 6.

Thren. 3.
20.

§. 18. Retro. Ad humeros confugit, locus hic est opportunus, ubi sua peccatores onera deponant.

Secundum Magdalena declarauit hoc actu ad humeros Domini recurrendo, fidem nempe viuacissimam, quæ diuina gratia collustrata ter maximum cognouit redemptionis nostræ mysterium, quod in eo comprehenditur si confiteamur & intelligamus Dei Filium in mundum venisse, vt nostra in se susceperet peccata atque pro eis debita solueret fidei iussor. Tantum onus est vnus peccati mortalis, vt tota natura creata, licet adueniat & ipsa Angelorum. Seraphinorū, quos Deus creauit, suaque potest create cuncta potentia, vires non habeant, noui humeros vt illud sustollant onus, aut pro illo soluant ritèque satisfaciant. In statera appende peccatum vnicuique.

12. §. 1.

I. Quam sit pondus vnus peccati mortalis.